

BIBL. DE L'UNIVERSITÉ




THÈSES

ANCIENNES

DU

XVII^E SIÈCLE

2




LA VRIILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE).....Philosophie	9 août 1657	II 227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul- Philippe).Philosophie	8 sept. 1661	II 152 ,et II 152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)Philosophie	<u>3 nov. 1662</u>	II 153
LE BOUTHILLIER (François)...Théologie	<u>13 fév. 1662</u>	II 154 ,et II 154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)...Philosophie	8 juill. 1656	II 155
LE BRUN (Henri).....Philosophie	28 juill. 1659	II 156
LE CAMUS (André).....Philosophie	6 août 1660	II 157
LE CAMUS (Etienne).....Théologie	28 nov. 1656	II 158
LE CHAPÉLIER (Georges).....Théologie	18 févr. 1662	II 159
LE DOULX (Florent).....Théologie	<u>8 mai 1656</u>	II 160
LE FILLEUL (Claude).....Philosophie	10 août 1660	II 161
LE FRANC (Aegidius).....Philosophie	<u>5 septembre</u> 1660	II 162
LE GAIGNEULX (Jacques).....Théologie	7 janv. 1662	II 163
LE GOBIEN (Guillaume).....Théologie	2 oct. 1657	II 164
LE GRAS (Frère Bernard).....Théologie	12 févr. 1657	II 165
LE GRAS (Frère Bernard).....Théologie	29 nov. 1657	II 166
LE HOUX (Jean).....Philosophie	18 août 1658	II 167
LE MOYNE (Alphonse).....Théologie	17 avri. 1663	II 168
LE NORMAND (Fr. Guillaume)...Théologie	<u>10 jan. 1662</u>	II 169 ,et II 169bis.
LE PETIT (Nicolas).....Théologie	9 mai 1659	II 170
LE PICART (François).....Théologie	25 janv. 1652	II 171
LE ROUGE (Charles).....Théologie	13 avr. 1667	II 172
LE ROUX DE NEUVILLE (Pierre)Théologie	15 mai 1659	II 173
LE SAUVAGE (René).....Théologie	26 sept. 1657	II 174
LE TELLIER (François).....Philosophie	21 août 1661	II 175
LE VERRIER (René).....Théologie	26 juillet 1652	II 176
LELEU (Joannes-Baptista)...Théologie	<u>29 sept. 1667</u>	II 177
LEMPEREUR (F. Claude).....Théologie	<u>7 juin 1669</u>	II 178
LEMPEREUR (Henri).....Philosophie	10 juill. 1661	II 179
LENOIR (Pierre).....Philosophie	6 août 1662	II 180 ,et 180bis.
LECTAUD (Charles).....Théologie	23 mai 1664	II 181
LIONNE (Louis-Hugues de)...Philosophie	2 juill. 1662	II 182
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Philosophie	16 juill. 16..?	II 183
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Théologie	14 janv. 1664	II 184
LOTTEAUX (Louis).....Théologie	19 sept. 1669	II 185
LOUBERES (F. Prosper).....Théologie	5 août 1669	II 186
LOUVERES (F. Pierre).....Philosophie	2 août 1665	II 187
LOYS (F. Jérôme).....Théologie	9 févr. 1662	II 188
MACQUEHE (Nicolas).....Philosophie	12 juill. 1670	II 189
MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)....Philosophie	10 août 1662	II 190

MAILLET (Pamphile).....Théologie	5 déc. 1661	II 191
MALETESTE (Jean).....Théologie	<u>11 avr. 1663</u>	II 192
MALITOURNE (Jacques).....Philosophie	10 août 1665	II 193
MALLET (Nicolas).....Théologie	15 oct. 1663	II 194
MARGUERY (Nicolas).....Philosophie	30 juill. 1651	II 195
MARILLAC (André de).....Philosophie	10 août 1659	II 196 ,et II 197
MARILLAC (René de).....Philosophie	3 août 1659	II 198
MARNE (F. Georges).....Philosophie	29 mai 1662	II 199
MAUGER (Laurent).....Philosophie	8 juill. 1663	II 200
MAURAGE (Pierre).....Théologie	3 sept. 1669	II 201
MELICQUE (Nicolas).....Philosophie	8 août 1660	II 202
MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de).Théologie	<u>8 août 1660</u>	II 203
MERAULT (Pierre).....Philosophie	7 juillet 1658	II 204
MEUR (Vincent).....Théologie	4 juin 1661	II 205
MICHAU (Jean).....Théologie	29 mars 1662	II 206 ,et II 206bis)
MICHON (Michel).....Philosophie	2 oct. 1662	II 207
MIGUET (F. Charles).....Philosophie	5 juillet 1652	II 208
MOLE (Louis).....Philosophie	28 août 1661	II 209
MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)..Philosophie	22 août 1660.	II 210
MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)....Théologie	4 janv. 1662	II 211
MOREL (Zacharie).....Philosophie	<u>16 août 1671</u>	II 212
MORIN (Henri).....Théologie	23 janv. 1660	II 213
MORROGH (Pierre).....Droit canon	<u>16 avr. 1669</u>	II 214
MOUSSEAUX (Pierre).....Théologie	17 mars 1668	II 215
NATTIN (Jean).....Théologie	<u>14 nov. 1669</u>	II 216
NOÛT (Anne).....Théologie	21 mai 1663	II 217
O MOLONY (Mathieu).....Droit canon	28 mai 1664	II 218 ,et II 218bis.
PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)..Philosophie	26 août 1661	II 219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE- DU-MAINE (François)....Théologie	30 déc. 1655	II 220 ,et II 220bis.
PAPELANT (Jacques).....Droit canon	11 août 1661	II 221
PAUROT (Charles).....Philosophie	28 juill. 1660	II 222
PERCHERON DE LESPINE (Balthazar).....Théologie	28 juin 1657	II 223
PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de).Théologie	5 févr. 1656	II 226
PERIER (Antoine).....Théologie	9 sept. 1662	II 224
PERRIN (Guillaume).....Théologie	24 janv. 1651	II 225
PICQUES (Bernard).....Théologie	5 mai 1663	II 228
PICQUES (Louis).....Philosophie	1er juill. 1657	II 229
PIETRE (Paul-Claude).....Philosophie	14 sept. 1662	II 230
PIN (Jean).....Philosophie	29 juin 1665	II 231
PIOT (Jean).....Théologie	<u>23 fév. 1662</u>	II 232
PISTEL (Laurent).....Philosophie	16 juill. 1662	II 233

POITEVIN (Armand).....Philosophie	25 juill. 1648	II 234
PONCET (Michel).....Philosophie	11 juill. 1660	II 235
POREY DU PARCQ (René).....Philosophie	28 juill. 1661	II 236
POTIER (Jean).....Théologie	22 févr. 1662	II 237
POULIN (François).....Philosophie	15 juill. 1663	II 238
PURCELL (John).....Philosophie	4 juin 1666	II 239 ,et II 239a,b,c,et d.
REGNARD (Jean).....Philosophie	8 juill. 1662	II 240
REGNARD (Julien).....Philosophie	...juin 1658	II 241
REGNARD (Julien).....Théologie	10 nov. 1661	II 242
REGNARD (Julien).....Théologie	<u>30 août 1664</u>	II 243
RESTAURAND (F. André).....Théologie	<u>11 oct. 1655</u>	II 244
ROBERT (Jean).....Droit canon	<u>30 déc. 1665</u>	II 245
ROSTIN (Michel de).....Théologie	28 févr. 1656	II 246
ROSTIN (Michel de).....Théologie	1er fév. 1661	II 247 ,et II 247bis.
ROUSSEAU (Jean).....Philosophie	7 juill. 1668	II 248
ROYNETTE (Simon).....Théologie	18 avr. 1662	II 249
SANTEUL (Pierre de).....Théologie	12 juill. 1661	II 250 ,et II 250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)...Philosophie	29 juin 1662	II 251 ,et II 251bis.
SAUSSOY (Jean).....Théologie	9 nov. 1646	II 252
SAVIGNAC (Louis de).....Théologie	<u>4 janv. 1670</u>	II 253
SELLIER (Claude).....Théologie	<u>13 févr. 1662</u>	II 254
SENAUX (Bertrand de).....Théologie	<u>23 fév. 1662</u>	II 255
SEVERT (Antoine-François)..Théologie	20 mars 1668	II 256
SEVIN (Michel).....Théologie	8 févr. 1668	II 257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)Théologie	17 jan. 1654	II 258 ,et II 258bis.
SIMENEL (Pierre).....Théologie	1er fév. 1662	II 259 ,et II 259bis, ter et quater.
STAPLETON (Edmond).....Philosophie	24 juin 1668	II 260
SUZE (Anne-Tristan de).....Philosophie	25 juill. 16..	II 261
TAMPONNET (Antoine).....Théologie	11 févr. 1664	II 262 ,et II 262bis.
TANOAIN (Julien de).....Théologie	<u>8 févr. 1661</u>	II 263
TERRAT (Gaston-Jean-Baptiste)Philosophie	27 juill. 1661	II 264
VAILLANT (Antoine).....Philosophie	5 août 1657	II 265
VALEELLE (Louis-Alphonse de)Théologie	7 nov. 1664	II 266
VANIER (Claude).....Philosophie	?.....	II 267
VERDUN (Claude).....Philosophie	10 août 1659	II 268
VIC (Médéric de).....Théologie	<u>31 déc. 1664</u>	II 269
VREVIN (Antoine de).....Théologie	20 avr. 1657	II 270

--000000--





QVÆSTIO THEOLOGICA.

253

Quis sicut Deus? Psalm. 112.

SOLUS ipse Deus, qui cum in singularitate naturæ solitudinem quamdam sibi præstet, nullum habet in maiestate similem; Deus enim zelotes non patitur Deos alienos coram se, iis igitur argumentis quibus demonstratur ejus existentia, evincitur unitas: unus est aut nullus, nec differt Polytheus ab Atheo. Hæc tamen propositio, *Deus est*, non est in terminis nota, sed ab effectibus, nec potest humana mens in Deum ascendere nisi per scalam creaturarum. Hæc verò tamen aperte Deum clamant ut temere asseratur non demonstrari à posteriori, qui etiam divinā fide credi potest cum tot sint Dei de seipso testimonia. Deus est quo nil perfectius vel esse vel cogitari potest, quippe qui complectitur omnes perfectiones possibiles: non tamen omnes eodem modo, sed perfectiones secundum quid eminenter, simpliciter verò simplices formaliter. Inter ipsa Attributa & essentiam, vel inter ipsamet Attributa nec realem, nec formalem ex natura rei distinctionem admittimus, utpote illam temerariam, hanc puritatis divinæ non satis consonam. Immensitas Dei à priori ex ejus infinitate, à posteriori ex ejus operatione demonstratur. A seipso & per seipsum Deus est, à quo omnia; fundamentum ejus aëteitatis nulla est perfectio simpliciter simplex licet infinita in suo genere, sed in sola infinitate in omni genere entis fundatis Aëteitas.

CUM Deus sit summè bonus summopere se communicat in visione Beata, quā seipsum manifestat Angelis & hominibus, eosque recipit in consortium felicitatis suæ. Hujus visionis possibilitas fide creditur, ratione non demonstratur, sed probabiliter ostenditur. Licet omnes homines naturaliter Beatitudinem appetant, nullus tamen inest illis ad visionem Beatam appetitus innatus, ad quam intellectus noster proprio conatu assurgere nequit, sed roborari debet auxilio supernaturali quod luminis gloriæ nomen sortitum est. Hujus luminis necessitas definita est, sed indecisa quidditas quam varii variè prohibito expliant. Non placent illorum sententiæ qui naturam ejus constituunt vel in ipsa Dei visione, vel in peculiari concursu objecti vel in specie impressa illius: sed melius definitur qualitas habitualis potentiam corroborans ad actum supernaturalem; quæ qualitas necessaria quidem est ut connaturalius, non ut absolute operetur, potest enim suppleri per concursum Dei uberiorem. In ipsa Dei visione datur haud dubiè species expressa; impressam verò nil probat impossibilem, quæ si non detur, ideo non datur quia inutilis, non quia impossibilis. Lucem Deus habitat inaccessibilem oculis corporeis qui divinitatis radios sustinere non valent, cum nec ipsum solem fixis obtutibus intueri possint.

PERFECTE satiabuntur Beati in cognitione supremæ veritatis; in ipsa enim Essentiam divinam, Personalitates, & Attributa clarè intuentur; Non tamen illa omnia necessariò vident, Deus quippe cum sit speculum voluntarium aliqua manifestare potest, alia recondere: & Attributa absoluta detegere sine Essentia, & Essentiam sine Attributis absolutis, unumque ex istis sine altero. Vident etiam in Deo tanquam in medio prius viso creaturas omnes posibles sub ratione communi possibilitatis. Quantumvis ergo Beati Deum facie ad faciem speculentur, nullus tamen perfecte penetrat: & licet comprehensores nominentur, in eo nihil comprehendunt nisi esse incomprehensibilem; eum quippe nec intensivè nec extensivè penetrare possunt quod utrumque ad comprehensionem requiritur. Eadem omnes Beati vident nec propterea æquali omnes donantur beatitudine, ubi sunt plurimæ Hierarchyæ & ordines; non tamen superior insultat inferiori, nec inferior superiori invidet, quoniam quilibet tollit quod suum est, & pro cuiusque labore in vinea Domini æquali geometricæ gloriæ remuneratur. Pro causa igitur morali illius inæqualitatis accipe merita: pro Physica verò, non perfectionem intellectus, sed solum lumen gloriæ; lumen enim mensura est Beatitudinis, & meritum mensura luminis, ille enim plus participabit de lumine qui plus habuerit de charitate.

DEUS creaturam beatitudinem ipse sibi sua felicitas est, felicitas ejus in fecunditate & societate; beatus enim est per cognitionem sui & amorem, per quos actus duas personas producit sibi cœquales. Hujus profundi mysterii in quo nec unitas impedit pluralitatem, nec pluralitas officit unitati notitiam nullam habuere Philosophi nisi illustrati revelatione, sine qua nullo pacto cognoscitur; eā tamen posita insinuat plurimis exemplis naturalibus in quibus imaginem suam depingere voluit supremus artifex. Licet positivè probari non possit tantum mysterium, evidenter tamen defenditur ab infidelium telis, nec ei quidquam nocent principia Syllogistica aut Metaphysica. Distinctio realis inter Essentiam & personalitates erronea est, & inutilis prorsus formalis ex natura rei, cum omnes contradictiones de Deo apparentes facili negotio distinctione virtuali diluantur quæ tamen in divinis major est quam in creatis. Duæ sunt in Trinitate processiones, & tribus enim Personis, una est à se, una ab una, una à duobus, quarum processionum principium quo proximum non est natura divina, nec sola perfectio absoluta, nec sola relativa, sed absoluta modificata relatione. Tres ergo sunt in una natura Personæ Genitor, Genitus, Regenerans, quale verò sit illarum constitutum in hoc multum desudant Theologi, dicimus tamen Personas constitui relationibus suis.

PATER totius divinitatis fons & origo, non causa, quæ sonat distinctionem quamdam & naturæ prioritatem. Filius æternus fluvius à fonte, splendor Patris & figura substantiæ ejus: meritò ante Luciferum genitus utpote in densissimis tenebris quibus Deus latere voluit secretum generationis ejus nedum humanam sed & Angelicam mentem; non igitur ideo Filius est quia naturam secundam accipit, & Spiritus Sanctus sterilem; nec ideo quod verbum sit intentionalis imago Patris, non vero Spiritus Sanctus: sed quia vi processionis formaliter similis est naturæ principii sui, Deus qui multifariam creaturis loquitur, apud se semel locus est qui unicuique verbum genuit, in quo exhausta est fecunditas divinæ cognitionis, quæ cum comprehensiva sit perfecte penetrat divinam Essentiam, omnes personalitates, & creaturas posibles, sine quibus natura divina comprehendere nequit. Spiritus Sanctus personarum nexus & vinculum, pro principio sui productivo duas personas simul spirantes postulat Patrem & Filium, cujus tamen ambo sunt unum principium. Cum tota distinctio in divinis sit à relatione, Spiritus Sanctus si à filio, non procederet non distingueretur ab eo. Missio personarum in processione fundatur; ideoque mittit Pater, non mittitur; mittitur & mittit Filius; non mittit sed mittitur Spiritus Sanctus.

MISI T ergo pater æternus unigenitum suum in medio temporum ut Patriarcharum vota & totius naturæ desideria adimplerentur. Possibilitas tanti mysterii citra revelationem nec evidenter nec probabiliter cognosci potest; post revelationem vero suadet plurimis exemplis in quibus duas videmus naturas inconfuse unitas: totius enim plerumque Deus in operibus naturæ delineare miracula gratiæ. Conveniens fuit Incarnatio Deo, cujus sapientia, potentia, charitas manifestantur; humanitati, quæ facta est divinæ confors naturæ; & toti generi humano, quod gratiæ & gloriæ donis cumulatur. Convenientior fuit verbo quam aliis personis, ut qui in Deo medius est mediator Dei & hominum esset. Non fuit tamen necessaria utpote optima, Deus enim nec physicè nec moraliter necessitatur ad optimum, nec verò felix esset necessitas quæ Deum ad meliora cogeret; non fuit quoque necessaria supposito lapsu Adami, nec etiam posito decreto peccati remittendi, sed solum ad condignam pro peccatis satisfactionem quam solus Homo-Deus exhibere poterat, non modo pro mortalibus, sed etiam pro venialibus, quæ licet sint culpæ leves sunt tamen offensæ supremæ Majestatis à vili creatura. Non condignè solum satisfecit Christus Dominus, verum etiam in rigore iustitiæ, ideoque ad æqualitatem, ad alterum, ex propriis & cæteris legibus servatis ut par est ad rigorosam iustitiam quæ inter Deum & homines reperiri potest.

TRES sunt potissimum causæ Incarnationis, finalis, efficiens, meritoria. Causa finalis non est gloria Christi, non excellentia mysterii, sed sola redemptio hominum à peccatis suis, ut luculenter colligitur ex oraculis scripturarum & Ecclesiæ patrum, quorum testimonia violentè detorquent adversarij per distinctionem passibilis & impassibilis. Primarium hujus mysterii motivum est liberatio à peccato originali non ab actualibus posterorum quæ post decretam Incarnationem præviā fuerit; solā igitur originalimaculā infectis hominibus venisset cælestis medicus: solis verò actualibus contaminatis non venisset vi præsentis decreti, sed vi alterius ut decebat divinam misericordiam. Causa physica Incarnationis tota est sancta Trinitas; quapropter tres sunt personæ unientes, non tres unitæ, tres producentes non tres assumentes. Causa meritoria unionis hypostaticæ quoad substantiam nulla est; non quidem humanitas Christi quæ nec condignè nec congruè meruit assumi, sed gratis data est gratia omnium maxima. Sine ullo etiam fundamento asseritur Christum in actu secundo meruisse ipsam unionem; mihi tamen improbabile non videtur hanc potuisse absolute mereri per actus ab ea dependentes pro tempore antecedenti sibi conferendam. Patriarchæ meruerunt Incarnationis circumstantias, prophætæ, ut ex femore Abraham nasceretur Messias; loci, ut in Bethleem terra Iudæ oriretur dux Israël; temporis, ut antiquo vulnere citius adhiberetur medicamentum.

QUIDDITAS Incarnationis tota consistit in eo quod verbum divinum naturam humanam assumpserit, cum qua constituit unam & eandem personam Hominem-Deum, in quo Pater & Spiritus Sanctus per specialem concomitantiam inhabitant. Hanc divinæ & humanæ naturæ conjunctionem ita temperavit Deus sapientissimus, ut nec vilitas naturæ humanæ Majestatem divinā deprimeret, nec divinæ Majestatis opprimeret vilitatem humanæ. Actio quæ fit Incarnatio omnino distincta est ab actione quæ producit humanitas. Tria igitur maxime spectanda sunt in hoc sacro composito, duo extrema verbum & humanitas, & unio utrumque connectens. Verbum intrinsecè unitur humanitati intrinsecè immutatum, & cum illa totum per se constituit, subindeque utrumque extremum est suo modo incompletum ut par est ad compositionem essentialem. Persona verbi potuit quancunque naturam irrationalem sibi hypostaticè unire, sine ullo dedecore; si autem casu natura illa assumpta incapax esset sanctitatis & filiationis naturalis Dei quæ ordinem dicunt ad operationes supernaturales. Possunt plures divinæ personæ eandem humanitatem assumere, potest una plures sibi unire; si plures unam, eam una plures naturas assumeret, semper esset unus homo non plures. Unio hypostatica mirabilis nexus inter humanitatem & verbum, est entitas modalis ab utroque extremo realiter distincta.

ANIMA Christi miris gaudet ornamentis & prærogativis, in ipsa enim sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ; Triplici nimirum scientiâ quasi triplici diademate coronatur; Beatâ, quâ Deo; infusâ, quâ Angelis; acquisitâ, quâ hominibus similis efficitur. Per scientiam Beatam quam habuit à conceptione Deum intueretur, non comprehendit. Cognoscit omnia præterita præsentia & futura; Non tamen omnia possiblea nec videre potest. Scientia infusa duplex in Christo reperitur una supernaturalis, naturalis altera; per hanc res naturales considerat, per ulteriorem supernaturalia creata contemplatur, ideoque lumen gloriæ, gratiam sanctificantem, unionem hypostaticam quidditivè cognoscit. Habuit etiam Christus scientias acquisibiles, non peraccidens infusas, sed eas propriis actibus sibi comparavit; quod enim crescebat ætate, eò sapientia proficiebat, & novis incrementis voluit ad perfectionem hominis pervenire. Peccare non potuit Christus de lege ordinariâ, utpote beatus & gratiâ plenus; immò nec potuit peccare de potentia absoluta, hoc est in casu quo remaneret sola hypostatica unio, sublati aliis gratis unionis comitibus: Non potuit inquam peccare nec in sensu composito unionis, nec in sensu diviso. His eximiiis dotibus ornavit Deus Salvatorem nostrum, ut esset memoria suorum mirabilium, num igitur est cur exclamemus cum Regio Propheta, *quis sicut Dominus Deus?*

Has Theses, Deo duce, auspice Deipara, & Præside S. M. N. NICOLAO PORCHER, Doctore Theologo ac Socio Sorbonico, tueri conabitur LUDOVICUS DE SAVIGNAC

Diocesis Ruthenenfis, die 4^a Januarij anno 1670. a 7^a meridien